

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Cap. I. De Modo proficiendi in Scientia Ascetica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

Quoad viam unitivam.

143

tuus est, hoc autem contingere non potest sine grandi dolore,
atque adeò etiam dolore; unde merito quidam amorem ro-
sis inter spinas crescentibus comparat. Hinc S. Teresia sem-
per dicere erat solita: aut pati, aut mori. Et S. Maria Magda-
lena de Pazzis purissimum semper fel desiderabat. Sed & S.
Ignatius lignum crucis aptissimum esse dicebat ad amoris
ignem fovendum.

V. Quintum: *Non affectus, sed effectus probat amorem:*
quia affectus solitariè sumptus fallere potest, non item effe-
ctus; hic enim ostendit, amorem non otiosum esse, atque adeò
verum amorem judicandum. Hinc & S. Joanaes monebat
1. c. 3. *Filioli, non diligamus verbo aut lingua, sed opere & ve-
ritate.*

VI. Sextum: *Summa Hominis gloria est solam DEI glo-
riam querere;* quia summa cuique rei gloria est, finem suum
possidere; atqui hunc solus ille & unicus possidet, qui solana
DEI gloriam querit; ad hoc enim conditus est homo, ut co-
gnoscat & amet DEVm, in quo vera DEI gloria consistit.

P A R S V.

**DE MODO ET MEDIIS PRO-
FICIENDI IN SCIENTIA ASCE-
TICA, DEQUE PRÆSTAN-
TIA EIUSDEM.**

Hætenus de natura & essentia Scientiæ Asceticæ dictum
est; superest, ut nunc de modo quoque in eâdem profi-
ciendi; &c, quod non parùm industriam, & alacritatem dis-
tendi acuit, etiam de præstantia illius breviter agatur, quod
quidem per sequentia duo capita præstabitur.

C A P U T I.

**DE MODO PROFICIENDI IN
SCIENTIA ASCETICA.**

Odum hunc egregiè sapientissimus Salomon exemplo
suo docuit, dum Sap. 7. dixit: *Propter hoc optavi, & da-
mus* est

sus est mihi sensus ; & invocavi, & venit in me Spiritu San-
tie : & proposui illam regni & sedibus &c. per hanc chro-
niam clare ostendit, se tria præcipue media adhibuisse al-
ludentiam comparandam, niempe desiderium, orationem
propriam cooperationem ; quæ proinde ab iis quoque
Scientiam Asceticam bene addiscere cupiunt, adhibe-
runt ; quâ ratione autem ea in praxi usurpanda sint, jama-
ostendetur.

§. I.

De desiderio ad Scientiam Asceticam at-
discendam necessario.

I. Quantopere desiderium, conducat ad Scientiam
Asceticam, ipsamque adeò perfectionem consequendam.
iterum Salomon Sap. 6. ostendit dicens : Concipi
sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinam. Co-
&, qua nunquam marcescit Sapientia : & facile con-
huc, qui diligunt eam : & invenitur ab his, qui querun-
tium enim illius est verissima disciplina concupiscentia.
Praoccupat, qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat,
quidem S. Bernardus adeò verum putavit, ut ep. 11:
ad perfectionem perfectio reputatur. Hinc S. Thomas
est p. 1. l. 3. c. 17. hist. Prædicatorum. Sorori querentiq;
ne salvari posset respondit : Si volueris , salvaberi , cu-
nè desiderium, inquit S. Augustinus tr. 4. in ep. 1. 10:
nus est, hic saccus , & quia angustus est, exteñendo
ciorem.

II. Porro ad desiderium hoc excitandum
mam excitare jure merito possunt, & debent. 1. Ipse ip-
gistri dignitas & Nobilitas; nam ut recte S. Ambrosius
stans Christo DE I Filio : Qui ipse S. Brigitte
c. 27. dixit : Quid te delectat audire opera mundanæ
bella Procerum ? & cur tali auditu mani occupari ex
sim omnium Dominus, nullaque delectatio sine me in ibus,
benda fit. Si cupis audire facta magni Domini : si impie
opera magnalia , debes utique audire & considerare

que intellectu incomprehensibilia sunt, cogitatu stupenda, & au-
ditu admiranda. 2. Ipsius etiam Scientiae præstantia, quæ se-
quenti capite fusiū demonstrabitur. 3. Auxiliorum ad
eandem addiscendam pàratorum copia & efficacia, cùm
enim Deus ardentissime desideret, hanc scientiam ab Homi-
nibus addisci, & practicari, hoc ipso etiam paratissimus est
ad copiola auxilia (sine quibus nihil nos posse cognovit) pro
hoc fine offerenda;

§. II.

De Oratione ad scientiam Asceticam addis-
cendam necessaria.

1. Quàm necessaria sit oratio ad hanc scientiam addi-
scendam, vel ex eo colligitur, quòd, teste S. Jacobo c. 1.
Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum sit
descendens à Patre lumen; cùm ergo Scientia Ascetica uti-
que inter data optima, & dona perfecta numerari mereatur,
meritò etiam illa de sursum à Patre lumen descendere ad-
eoque per orationem instanter peti, & efficaciter impetrari
debet. Quamobrem idem Apostolus tam sollicitè monet
Si quis autem vestrum indiget sapientiā, postule a DEO, qui
dat omnibus afflueret, & non improperat, & dabitur ei. Id
quod egregie confirmans S. Chrysostomus l. 1. de otando
DEO, arbitror, inquit, cunctis esse manifestum, quod simili-
ter impossibile sit absque precationis praesidio cum virtute dege-
nere, cùmque hac via & huius cursum peragere. Etenim qui fiat,
ut virtutem quis exerceat, nisi continenter supplex ad genua
accidat ei, qui virtutem omnem largitur Homini. Quam do-
ctrinam adeò certam esse creditit S. Augustinus, ut hom. 40.
littere ausus sit: rectè novit vivere, qui rectè novit orare. Et
1. Iherò ipsa experientia id ipsum copiosè quoque confirmat,
ambore uā habetur, quàmplurimos licet minus literatos per ora-
tonis medium summos in hac scientia progressus fecisse, ut
quid acceperit deo verè pius Asceta l. 3. c. 43. in Persona Christi dixerit;
sicut L. deo sum, qui doceo hominem scientiam (Asceticam videlicet,
aparatu ex contextu patet) & clariorem intelligentiam parvulus
meus ibus, quàm ab Homine possit doceri. Cui ego loquor, tis
piens erit, & multum in Spiritu proficies. Ego sum, quithu
mem-

milium in punto elevo mentem, ut plures aeterna veritatis
pias rationes, quam si quis decem annis studiasset in scholis

II. Porro qualis haec oratio esse debeat, memorat
postolus l. c. sat clarè indieavit, dum dixit: Postuletur
in fide, nihil hesitans. Nam, ut ipse quoque servator Mar
11. monuit, omnia, quacunque orantes petitis, creditis,
accipietis. Certè qui sic à DEO scientiam Asceticam p
lant, meritò sibi illam S. Bernardi S. 5. de quadam scien
tiam applicare possunt: Nemo nostrum parvipendas erat
suam: dico enim vobis, quod ipse, ad quem oramus, san
cipendit eam. Postquam egressa est ab ore nostro, ipse scripsit
in libro suo, & unum ex duabus indubitanter sperare posse
quoniam aut dabit, quod perimus; aut quod novum in
Cùm ergo nihil utilius dilectione atque adeò etiamis
entia Ascetica dilectionem docente reperiatur, memo
rare potest, se eam certò impetraturum, quisquis can
ter, & ardenter à DEO petierit.

§. III.

De Cooperatione ad scientiam Asceticam nendum necessaria.

I. Quantopere haec cooperatio necessaria sit, cl
jam olim Sponsa Cant. 1. indicavit, dum ingens qu
siderium conjunctionis cum sponso per illa verba:
tur me osculo oris sui: indicatum: & orationem per
la: trahere me: insinuatam atque à se adhibitam ult
tamen etiam suam cooperationem addidit dicens:
mus in odorem unguentorum tuorum: Quod ipsius
Paulus 1. Cor. 15. confirmavit dicens: Gratia autem
sum id, quod sum: & gratia eius in me vacua non
abundantis illic omnibus laboravi. Porro haec co
sequentibus ferè industriis consistit.

II. Prima industria est generosa vitiorum exp
inordinatarum mortificatio: sic pius Asceta l. 3. g
fit dicens: stude mortificationi vitiorum, quia hoc
bi proderit, quam notitia multarum difficultum
Id quod per ipsam experientiam confirmat dicens:
amando me intimè didicit divina, & loquebantur
modi

Quoad modum discendi.

147

plus proficit in relinquendo omnia, quam in studendo subtilia.
Ut adeò h̄c quoque vel maximè locum habeat notum illud
axioma: *Tantum proficies (in scientia Ascetica) quantum
tibi vim astuleris.*)

III. Altera industria lectio spiritualis est, per quam ad-
disci facilius potest, quod ad hanc scientiam Asceticam per-
tinet, quam per vivos Instructores, cùm plerumque ea, quae
in libris traduntur, præcepta majori cum consideratione ex-
cogitata, ac meliorem in ordinem digesta, plurimumque
Censorum judicio approbata sint. Hinc S. Isidorus l. 3. de
summo bono c. 8. ait: *Qui vult cum DEO esse, frequenter
debet orare, & legere. Nam, cùm oramus, ip̄s cum DEO lo-
quimur: cùm vero legimus, DEVS nobiscum loquitur.* Omnis
proficiens ex lectione & meditatione procedit. Porro duplicis
generis libri Ascetici sunt, qui de hac materia scribunt; ali-
qui enim ex Instituto totam Ascensionis bono ordine digestam
tradunt, & tales sunt P. Jacobus Alvarez, P. Ludovicus de
Ponte, P. Hugo Roth in via regia P. Bernardinus Rosigno-
lius, & similes; alii sparsim & sine ordine potiores Asceticos
doctrinas pertractant, uti P. Alphonsus Rodriguez, P. Petrus
Pennequin in *Isagoge ad amorem divinum*, P. Eusebius Nie-
renbergius de adoratione in Spiritu & veritate, P. Lucas Pi-
nellus de *Perfectione Religiosa*; Theophilus Bernardinus
de *Perseverantia Religiosa*; item varii tractatus S. Francisci
Salesii, opera varia R. D. Ludovici Bloisi & similes, ex qui-
bus omnibus magnus in scientia Ascetica profectus hauriri
potest, si lectio illorum utili sine suscepita, constanter & fru-
tuosè petagatur.

IV. Tertia industria est frequens cum Asceticos Magistris
collatio, de cuius necessitate Sapienter Cassianus Collat. 24.
16. sic discurrit: *Etenim cum omnes artes & disciplina hu-
mano ingenio reperta (qua & nihil amplius quam vita huic
modis profundit) licet manus palpari queant, & oculi perve-
ni, recte tamen à quoquam sine inservienti doctrina neque-
re comprehendendi, quam ineptum est credere, hanc solam non
esse Doctore, qua & invisibilis, & occulta est, & que non
se corde purissimo pervidetur: cuius error non temporale da-
num, nec quod facile reparetur, sed anima perditionem parit,
et remque perpernam. Merito ergo Asceticos Discipulus si-*

K 2

bipar-

148 De Theologie Asceticae præstantia.
bi applicat, quod olim Tobias Senior Juniori dixit, da
à Patente in Rages proficisci jussus dicere: Viam per qua
pergatur illuc, non cognosco. Cui Pater: Perge, & impetr
aliquem virum fidelem, qui eat tecum. Nam, ut sapie
notavit S. Vincentius Ferterius in tr. de vita Spir. Ch.
(Sine quo nihil possumus) nunquam suam gratianam transfor
mari, qui, cùm habeat, qui eum deducat in via perfectionis
gligat ductum eius, credens sibi, sufficeret. & per seipsum sum
gare, & invenire, que sunt utilia ad salutem. Ipsi sum
Gentium Doctorē, & totius Ecclesiae Patrem S. Pa
Magisterium perfectionis assequendæ sibi ipsi arrogat
potius ab alio cum debita subjectione & humilitate at
te conaretur.

V. Quarta industria est Exemplorum à sanctis reli
consideratio: nam, ut rectè S. Basilius opusc. 49. c.
Vite beatorum Hominum literis tradita sunt velut m
quadam viva divina reipublice ad bonorum operum
nem proposita. Vnde quemadmodum Pictores, quando
nem ex imagine pingunt, identidem ad exemplarū re
characterem ad suum Opificium inde transfere con
siderent eum, qui studet seipsum omnibus virtutum par
fectum reddere, sanctorum vitas velut simulachra
viva & efficacia respicere, illorūque bona opera pra
nem sua facere.

CAPUT II.

DE PRÆSTANTIA THEOLO ASCETICÆ.

ET hanc breviter Salomon Sap. 7. indicavit, legi die
Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa pacem
numerabile honestas per manus illius, & latitudinem
am antecedebat me ista sapientia, & ignorabam, scimus
rum omnium Mater est. Quæ verba licet secundum idem
secundum Mysticum tamen sensum multò veni
Ascericæ applicari possunt, ut clarè patet ex re
ss. in quibus ostendetur, quam copiosè triplex be
num